



BELGII
CONFEDERATI
Respublica:
SEV
Gelriae. Holland.
Zeland. Traject. Fris.
Transisal. Groning.
chorographica
Politicaque
descriptio.

cum Privilegio.

LYGD. BATAV.
Ex officina Elzeviriana
cl. M. C. XXX.

HOLLANDIA

ZELANDIA

TRAJECTI

FRISLANDIA

TRANSISALANICA

GRONINGA

S. Ambroſii, vulgo *Stoofgat*. Denique munimentum S. Martini ſive *Hogeruverte*, longe munitiſſimum, ex ingenti ſumtu ſuperioribus annis Scaldi impoſitum ad Inſulam Zuydbeverlandiam ẽ proximo infeſtandam. Atque ita D. D. Ordines generales ruruſus Scaldis infra Antwerpianam potentes ſunt facti.

L I M B U R G U M
D U C A T V S.



ANNO quoque cIo lccxxxii acceſſit cõfœderatis provinciis ducatus Limburgenſis, qui nomen mutuatur ab urbe ejuſdem principali *Limburgo*. Ducatus hic limites habet ab occaſu Leodium & Trajectum ad Moſam; ad Septentriones ducatum Iuliacenſem; ad ortum urbem imperialem Aquisgranum & monaſterium S. Cornelii; ad meridiem Comitatum Francimontium & aquas Spadanas.

Ager hujus provinciæ, ut æſtate ob locorum varietatem & aſpectu amœniſſimus atque jucundiſſimus, ita hyeme vitiffim admodum aſper eſt atque ingratus. Horret enim hibernis menſibus gelu, & nix in multis partibus ob Soli altitudi-